



3
D. D.

ANT. GOMEZ,
J. C. ERUDITISSIMI.
COMMENTARIORUM,
VARIARUMQUE RESOLUTIONUM

Juris Civilis, Communis, Regii.

TOMUS SECUNDUS.
DE CONTRACTIBUS.

PRO O M I U M.

B S O L U T I S i i s , quæ pertinent ad ultimas testintium Voluntates , ordinis ratio postulat, ut ad secundam Juris Civilis partem, quam de Contractibus esse volujimus , accingamur. Cujus tractatio eò mihi jucundior fuit, clariorique luce, & compositioni ordine indigere viba est, quod apud omnes fermè gentes , & populos circa Contractus , molestas , odiosasque passim litigies exoriri viderem. Potissimum vero operam de di . quod facilior & clarior nostra de Contractibus procederet oratio , ut quod multorum opinionibus esset involutum , explicarem: quod varieate obscurum , clarum redderem: quod multis Jurisconsultorum responsis exuberans , varieque diffusum , ordine tractarem : quod multorum hominum tumultosis disputationibus , & molestis clamoribus obturbatum , sedarem : totam denique hanc materiam sic temperarem , ut etiam Juvenes per immenses spinososque Juris Civilis campos spatari nunc tandem summa cum voluptate , & fructu , possint. Hac enim tempestate eò venit multorum , qui de jure Civili cuperant , cum temeritas , tum impudentia , ut verè nunc denum dicere possumus , quod est apud Euripidem , in Hippolito.

N v d' iuglatis περιουσον τ' αλιθεγαλα
Καινότερον ὅπερ μη δουέν εἴρησται.

Addre etiam , quod hujusmodi indigentia scriptorum moles , passimque Doctorum opiniones , per varios anfractus & titulos dispersæ , studiosam legum juventutem ab honesto instituto avertunt , atque etiam constanter in abdita Jurisprudentiæ gressam in obscuras præcipitant tenebras , in contraria sententias trahunt , in turbulentos errores conjiciunt : denique in desperationem plerunque adducunt. Nos igitur haic rotam de Contractibus tractationem quindecim Capitibus brevissimis & facillimis absolvinus : ita , ut quis titulum ff. de verb. obliqu. tutus accedere , totamque eam materiam facillimâ methodo intelligere possit. Cum autem hominum causa (ut præclarè docet Hermogeniâ methodo intelligere possit. Cum autem hominum causa (ut præclarè docet Hermogenianus in 1.2 ff. de stat. hom.) jus omne sit constitutum , primo de personis , quæ possunt contrahere ; vel non : ac post de ceteris , his proximos atque conjunctos applicantes titulos , ut res patitur , dicemus.

CAPUT PRIMUM.

De personis que possunt contrahere vel non.

SUMMARIUM.

- 1 Princeps an posse contrahere cum subditis.
- 2 An filius familias possit contrahere.
- 3 An servus possit contrahere.

ISTA est subtilis, & quodammodo materia quodammodo contractum, quod naturaliter & per conventionem resolutivè pono in l. 1. ff. de verbis obligationis. Pro cuius perfecta introductione, & declaratione, eam divido in quatuor partes, in quarum prima tractabo, quae personæ possint contrahere vel non: quia in quolibet actu, vel negotio, in primis querendam est de persona, ut in l. 1. queramus, ff. de testamentis. In secunda, quae sine genera contractum. In tertiâ, quae sunt qualitates eorum. In quarta, quibus modis tollatur, & extinguatur contractus, virtus, & effectus ejus. Quoad primam igitur, dico quod regulariter omnis persona potest contrahere, nisi lege reperiatur prohibita: textus est formalis & expressus in l. 1. sicut ab initio, C. de adl. & obli. & ibi Glosa, ordinaria, & communiter Doctores.

I ex qua regulariter infertur, quod Princeps, Imperator, Dux, Comes, vel quilibet alius dominus temporalis potest contrahere cum subditis suis, & inter eos oritur efficax actio, & obligatio ex omnibus contractu, textus est in l. 1. a. Cesar, ff. de Public. & vestigial. Et in tantum hoc est verum, ut procedat, & habeat locum, etiam si princeps vel Imperator vendat rem penitus alienam, b. quia potest præjudicare dominio, & non habet actionem contra possessorum, sed contra Principem, & fiscum ejus, intra quadriennium: textus est in l. 1. bene à Zenone, Col. de quadrienni prece. text. in 5. fin. Instit. de usu ap. & utroque communiter Doctores. Item etiam licet actus vel contractus cum alio non valeat: cum eo tamen sit, quia visiter dispensare: textus est capitalis & expressus in l. 1. fin. C. de don. int. virum & uxori, ubi habetur, quod licet donatio inter maritum & uxorem non valeat: tamen illud est verum inter privatas personas: secus autem inter regias personas: textus in l. 1. c. de bonisque iher. ubi disponitur, quod quando Rex, vel Princeps donat aliquas bona filiofamilias aliquis private persona, non queritur patri usfructus ejus. Ex quibus inferit Bald. in l. Princeps, ff. de legib. 2. leit. quod talis Rex, vel Princeps potest initiare filium spurium: & videtur cum eo dispensare. Sed pulchrum & subtile dubium est, an talis Rex vel Princeps obligetur ex tali contractu naturaliter, & civiliter, vel naturaliter tantum? & breviter & resolutivè magis communis opinio est, quod obligetur tantum naturaliter, non autem civiliter, & quod illa naturalis obligatio sola est efficax ad agendum, ita probat textus in c. 1. exrra de prob. & ibi tener Ant. Abb. Imol. & alii DD. & ilam dicit magis communis Philipp. Dec. ibi. Confirmatur ratione: quia cum obligatio civilis immediata perveniat, & ex iacto a merito jure civili, ut in 5. 1. Instit. de obli. & Rex vel Princeps non subjiciatur legib. ut in l. Princeps, ff. de legib. ergo non obligetur civiliter: sed tantum

naturaliter, & illa sola naturalis obligatio erit efficax ad agendum. Sed, his non obstantib. ego teneo contrariam sententiam. Imò, quod Rex, Princeps, vel Imperator obligetur in contractu, tam civiliter, quam naturaliter, vera & inconvincibili ratione, quia licet sit solutus legibus, tamen in dubio contrahendo cum subditis, videtur se submittere legum & positionibus, ut in l. Princeps ff. de legib. text. in 1. est receptum, ff. de jurid. omnium jud. text. in 5. fin. Inst. quib. mod. ref. infir. text. in l. bene à Zenone, §. 1. C. de quadrienni prece. textus notabilis & expressus in l. 1. 5. fin. de offic. procur. Cef. ubi habet, quod per additionem hereditatis Princeps efficaciter obligatur, & in terminis istam sententiam & conclusionem contra communem tenet Bald. in l. Princeps, ff. de legib. Abba in d. c. 1. de probat. c. & ante eos tenet Alb. in l. prima, ff. de offic. procur. Cef.

Item etiam prosequendo materiam, dico, quod in tantum est verum quod quilibet potest contrahere, ut procedat, & habeat locum in quolibet filiofamilias, licet sit in potestate paterna: textus est in l. tam ex contralib. ff. de judic. text. in l. filiofamilias, la. 2. ff. de alio. & obli. text. in l. quodammodo, ff. de moral. text. per argumentum à speciali in l. 1. per tot. ff. de Macedon. Sed pro perfecta declaratione querenda est ratio, per quam filiofamilias potest contrahere, & tamen non potest testari, ut in leg. qui in postestate, ff. de testament. textus in leg. tam his, §. 1. ff. de donation. caus. mort. text. in l. 3. C. qui testamentum fac. poss. text. in 5. 1. Inst. quib. non est permis. fac. testam. Sed non dicitur & subtiliter respondeo, quod vera & conclusio ratio est, quod licet contrahere potest: quia licet actualiter nulla bona habeat, tamen potest potest habere: cum vivus remaneat post contractum, & acquirere possit, & emancipari, vel sui juris effici per mortem patris: vel ex alia causa spei acquisitionis est valde probabilis, ut in l. 1. defunctus. Caribrium tutela, & ibi communis opinio. Et dato, quod nulla bona post contractum acquirat, saltem habet personam, quae potest incarcerated, ut in l. 1. & pen. C. qui bonis cedere poss. & hodie in nostro regno cogitur personaliter servire, ut in l. 4. & 5. tit. 12. lib. 5. ordi. & in Pragmatica 78. cum dubius sequensibus, libro pragmaticarum. Testari tamen talis filius familias non potest, quia actualiter, & potentialiter non habet, nec habere potest alii bona, de quibus testatur, cum omnia querantur patri, & sic actus est inanis, & frustratorius, argumento text. notabilis in Anth. ingr. C. de sacrosancta Eccles. Cujus verba sunt: Ingressi monasterium, & se & sua dedicant Deo, nee ac his testari possunt, ut pote nec domini rerum. Ille tantum, qui nulli bona actualiter habet de praetenti, sed potentialiter potest habere in futurum: bene potest contrahere, & similiter testari, ut probat text. singularis & subtilis in l. hereditatis etiam, ff. de per. hered. Cujus pulchra verba sunt: Hereditas etiam sine illo corpore iuris intellectum habet. Hodie tamen talis filius familias bene potest testari de jure Regio, ita disponit textus in l. 5. in l. Tauri. Et si queratur, in quibus bonis poterit testari & disponere: vide omnino, intellige, & declarare, ut magistraliter dixi in d. l. 6. in l. Tauri.

Item etiam servus potest contrahere, & se obligare, & alter sibi, quod declaro sic. Nam de Jure Civili non teneatur; quia de illo jure status ejus est penitus annullatus: textus est, quia sic debet intelligi,

De Pers. quæ possit contrah. vel non. Cap. I. 5

telligi, in regula quod attinet, ff. de reg. jur. & ibi Glosa, ordin. & communiter DD. De jure tam naturali bene teneatur, & obligatur, & illa obligatio operatur effectum retentionis: quia si servus effectus sui juris, tolvar, creditor iudicet & licet potest habere & recipere, & non potest servus repeter per conditionem indebiti. item citâ si autem, vel potest dederit fiducijsorum, teneatur, efficiat, cum possit accelerare cuilibet obligatio. n. * Et licet non possit contrahere sibi, tamen respecta domini, & ex persona ejus bene potest. Et vera resolutio hujus articuli est, quod si stipulator simplusier vel libi vel domino, indistincte quartuor domino, textus est in l. 1. ff. de stipulat. ser. & ibi gl. & com. Doct. text. in l. stipulatio ista §. si quis ira de verb. obli. Et idem est si stipulator alteri secundario: text. in l. 5. fin. mibi. ff. de disp. ser. I. em si servus communis pluviom dominorum stipulatur, utrique queritur ex parte dominica: text. in l. servus communis, la. 2. eo tis. cum similibus. Item si unius stipulator, ei queritur pro parte dominica, & non alteri: text. ibi vers. 1. cum fini. Item si servus habet plures dominos, & simplusier stipulator, vel dominis, utrique queritur pro parte dominica. Siver nominavit, & præcessit nomen proprium equaliter queritur: si præcessit appellativum pro parte dominica, quartuor.

Item etiam operatur omnes alias effectus, quos obligatio naturalis operatur: textus est expressus in l. naturaliter, ff. de cond. indeb. text. in l. 1. si id quod, eod. tit. & utroque communiter Doct. textus in l. quod dicitur, ff. de fiducijs. textus in l. fiducijs, ff. eod. tit. & utroque communiter Doct. textus in l. quod dicitur, ff. de fiducijs, obli. gari s. fiducijs accipi eod. tit. textus in l. 5. omnibus, Inst. s. fiducijs. Quia autem persona repentinae prohibite, infra dicimus. Item etiam prosequendo materiam, dico, quod aliud est præparatio contractus, aliud est ipsenem contractus. Præparatio contractus sum illa verba producita in ipso fieri antequam perficiatur, & absolvatur contractus, text. est singularis & unicus in l. voluntate, C. de resid. vendit. quem ad hoc summè notat & commendat Bald. ibi dicens meliorem de jure, & Salic. dicens quod non est ei similis. Ex quo deducitur & infertur, quod licet taliis dicat quod interfut tractacui, & non conclusioni actus vel contractus, non probat; ita terminat Bald. in c. fin. de jure. cal. & probat. text. juncta Glosa ordinaria in l. eleganti, ff. de condit. indeb. & ibi notat & commendat. Ia. post alios Doctor. contractus verò est ultima & perfecta conventione partium, interveniente solemnitate à iure requiri pro forma & substantia eius, ita probat text. formalis & expressus in l. vers. fin. ff. de pa. Cujus verba sunt: Est au tem pactio duorum plurimum in idem placitum & consensu text. in l. ff. de adl. & obli. text. in l. 1. ff. de verb. obli. text. in l. 5. §. stipulatio, eod. tit. text. in l. contral. C. de fidei infraib. & postrem paribus absoluta, text. in 5. 1. Instit. de empione & vendit. simul atque de precio convenerit: & utroque communiter DD. Et iste contractus perfectus, & consummatus, aut fit, & celebratur solo consensu, aut re, aut interveneri rei, aut verbis. & si tamen distinctionem & resolutionem ponit textus in l. 1. ff. de adl. obli.

ANNOTATIONES.

Textus est in l. Cesar ff. de publ. & vell. Non solum

textus hic probat Principem posse contrahere, sed etiam quod notabilis, & discrepante dignus est

illis contradicunt vim legis habere, quemadmodum ex eo collegant scribentes in l. civitas, si certum petat. Aret. in l. continuo, §. cum quis, num. 14. ff. de V. O. Bart. Bald. & reliqui in L. penal. C. de donat. inter vir. & ux. Dec. conf. 689. Math. de Affili. decr. 129. Sed enim si tem. suis ex principiis verius libemus, & nullum id profut est, longe alio modo textus hic excludi debet, nullum id futileque est, quia certus & receptus est ex principiis contractu ab quo tradizione dominum non transferit, cum ex legi dispositione ab ipso dubio transferatur, ut colligatur ex Bald. in cap. 2. de novi. form. fideli, ubi omnia obseruat Matth. de Affili. n. 5. afferant. Ia. in l. quies, col. 1. C. de rei vandit. Dec. in l. irradiationibus, n. 4. de pati. Quintino etiam nec eorumdem principiis, seu beneficio aliquo ei, in quem conseretur, ante agnitionem, ac receptionem absenti quareatur, ut diligenter ostendit Andr. Alcian. in c. eam contingen. n. 2. 3. de jurejuri, cum quod à iure comparatur ab initio ignoratur: que fine ultra profut agnitione nanoscitur ut receptum prodiceret Chaldaea. in confessu. Burg. in rubr. §. 14. ad fin. & vir summo ingenio ac doctrina, Aratus Ping. in l. part. 1. num. 36. vers. 7. amplissim. Cod. de boni mater. Nec textus hic quidquam contrarium probat, quia verius, magis & verbis J. C. & rerum tractationis contentaneum protegit est, ut post locationem factam Caesar dixit, hoc est tulerit ac promulgaverit legem, ne quis præter redemptorem, &c.

Dqua potest prejudicari.] Videro hac de re quae memorie traiderunt Ia. in Aut. quæ actions, n. 5. C. de SS. Ecles. Feini. in c. q. in Ecclesiasticis n. 35. de confit. Pet. Duen. reg. 218.

Et ante eos tenet Alb. Add. pro eadem sententia, que mihi veritatem videtur, non penitentiam Constantini I. Harmonio audiatur, auctoritatem, lib. 1. tit. 1. pag. 5. sic inquisit: & hoc non si sensu si ratio non significatur, sed ratio sensu significatur. Hoc est, & contra regnum generalis seu universale, videntur leges, & omnis a legione abortives rejiciuntur exceptio: & intelligit vero leges, contractum innuentes procedere, quoad crimina, non faciliter principes penales criminalibus regulariter hanc obnoxii, aut siquidem, eodem tit. pag. 7. Exercit vires exercit, & non si sensu si ratio non significatur, sed ratio sensu significatur. Hoc est, Rex legibus haud subiect, id est delinquere non punitur, & auctor verbo obnoxii est, sed illi, ex sua industris prærogativas, atque haec etiam in extimum specie sole Princeps legibus subiecte merito intelligimus, juxta l. digna. C. de legibus.

Sed noviter, vel subtiliter.] Rationes hæc nostri Gomezii haud mihi probabiles videntur, si quidem quod ad contractus attinet, ut vident, neque, nulla unquam ratio inuit, utrum contrahens bona habeat, an habere possit, sed solum, utrum ejus iure aliquo improbusetur, seu impeditur, persona: quamobrem cum generaliter ac regulariter contractibus gerendi, filius familias non intercedat ab quo illo horum censu generaliter & eis intercedat illos omnes subire. Q. od verò ad testamento pertinet, certum explorandum est, hæreditatis iura ab ipso corpore illo considerare: l. hæreditas etiam, ff. de pat. vell. Itaque falsa, futilis, & absurdia omnino ratio est, quæ a bonorum inopere reperitur, & filios familias testantur iure privatos ait, quam ob causam quod mihi tandem viuum est, ex libro iuri observationum tripos, cap. 17. Jam pridem literis publicis confignavi, breviter hic reconsilio. Ex istimavi vetissimum eorum esse tentiam, qui dispensatione legis duodecim tabularum eff. cum content, ut de nostris fortunis in id tempore, quo jam amplius nostra non erunt, pro animi sententia subsumus, verius, ac disponamus. In quam sententiam, præter magnum interpres aplausum, idem frequentius arbitramur, me adegerunt iuriis rigor, aliud effigians, & lego obversus, & 23. ff. de verb. sign. ait, illa legi obverse hæreditatem non improprie quis dixerit, etiam eam quæ ex testamento deferunt, quia legis 12. tabularum testamenterie hæreditates confirmantur: porro legem 12. tabularum quæ nos legum rigore solvit, si fusile conceptum liquido confat, paterfamilias uti super familiæ pecuniam: sua legalis: ita iure est, ut affilii, ac locupletis rebus, Cicero lib. 2. de invent. & auctor. ad Herennium lib. 1. testificantur, quavis illius legis verba altera atque altera à iure confluit, & iustitio in rem modo, de qua agunt, agentis receptantur. Quoniamne cum lex illa in partes familiæ testandi veniam contollerit, filius familias cum perspicue negavit, sic enim in parta causis rationacionem colligit Imperator, ut alia & iuriis bonorum auctoribus loca, silentio priuiteram in l. 1. C. ad leg. Jul. de adulto.

6 Iaq. Ant. Gomezii Variæ Resol.

ADDITIONES.

S U M M A R I U M.

1. *Doltores materiam explicantes referuntur.*
2. *Princeps cum subditis an possit contrahere.*
An princeps obligatur civiliter?
Princeps an possit tollere contractus?
3. *Filiusfamilias an possit contrahere?*
An filiusfamilias possit existere in iudicio?
Ratio differentia inter contractum, & testamentum filiusfamilias.
4. *Servus an possit contrahere possit?*
5. *An Religiosus contrahere?*
6. *Advocatus an possit contrahere cum cliente.*
7. *Judices an possint contrahere?*
8. *De Minorum contractibus.*
De muto.
De prodigo & phrenetico.
9. *De muliere conjugata.*
De confessione conjugata.
Quid facit divorcio?
Quid solito matrimonio an valeat contractus ante factum?
Quid si nondum repererunt benedictiones nuptiales?
10. *Prohibitus contrahere an sit prohibitus pignus accipere?*
11. *Deportatus an possit contrahere?*
Damnatus ad mortem an possit contrahere?
12. *Inhabilis ad contrahendum an obligetur ex causa doctis?*
13. *Excommunicatus an possit contrahere?*
14. *Coccus an possit, & quomodo contrahere?*

DE materia contractuum agunt latissime in genere Mozios & Conradus in suis tractibus, Cardinalis Dominicus Tschusch, litera C. conclus. 979. & seqq. usque ad 1004. Mantica de Tacitus conventionibus, tom. 1. lib. 1. 2. & 3. ubi de contractibus in genere: Donellus libr. 12. commentator, cap. 6. & seqq. ubi Osualdus explicat, quoniam accipitur hoc verbum, *Convenit*, & latius esse verbum *convenient* dicit, cum Gregorio Lopez animadversoriam, cap. 8. n. 11. Petrus Gregorius, Syntagma, lib. 21. cap. 1. & seq. Cujacius, Syntagma, lib. 21. cap. 1. & seq. Cujacius in l. 6. 3. de partis, & libr. 2. observation. latissimum Thomas Sanchez de Matrimonio tom. 1. per totum, ubi generaliter materiam contractuum per tractat, five purè, five sub conditione, five per vim sint celebrati. Scaccia de commerciis, maxime §. 1. queſt. 7. part. 3. limitatione 17. ex n. 1. & ampliatione 19. part. 2. Reginaldus in praxi, lib. 25. cap. 9. latè, Molina de iustitia, tom. 2. quasi per totum, Lessius item de iustitia, cap. 17. Bonacina de contractibus & restitutione, disput. 3. per totum, Fililius in summa, tom. 2. tractat 33. cap. 3. per totum, Pinellus de bonis maternis, l. 1. part. 1. ex num. 17. Pichardus Inſtit. de obligatoribus, in §. sequens, & in §. hi qui, Inſtit. de obligacionibus ex delicto.

Ad numerum 1. ibi: *Quod Princeps, Imperator, Dux, Comes, &c.*

Principem, Imperatorem, vel quemlibet Ducem, & Comitem posse contrahere cum subditis suis, ut hic resolvitur, probant Petrus Gregorius de Republica lib. 8. cap. 8. Farinacius in fragmentis verb. metus, num. 82. & seqq. ubi de

metu reverentiali in hoc casu, Gratianus disputation. cap. 310. n. 9. Paulus Pacius, confitio 1. tom. 4. ex num. 128. Sousa in repetitione 8. aliorum, cap. ultimo, num. 3. & 4. & in repetitione, titul. ff. de partis, queſt. 3. ubi late, & ibi quod succellos in regno tenetur ad contractus Regis mortui, quia Regnum (inquit) defertur tanquam hereditas: de quo videndi sunt Molina de iustitia, disputation. 341. & 542. tom. 2. Petrus Gregorius supra, lib. 7. cap. 20. ex num. 8. Gutierrez, Canoniarum lib. 1. cap. 36. ex num. 3. Bobadilla in polition, lib. 2. cap. 16. n. 193. quem videoes, & alii relati à Narbona in 3. partem nove Recopilation. lib. 7. titul. 5. 1. 1. gloss. 3. ubi ita explicat, nempe quod si Princeps non proprio suo nomine sed dignitatis pretexitu contractu pro bono publico, & in rotius Reipublica utilitatem, ex tali contractu precisè succellos obligantur, alios fecus; Barbola in Collestanæ ad caput 1. de solutionibus, num. 9. ubi per rotum expus agit quid in succellos majoratus, benefici, vel Episcopatus? Garcia de expensis, cap. 16. ubi de succelso in Regno, vel majoratu, & novissime Amaya in l. 1. 3. C. de Decrionibus, lib. 10. ex num. 12. ubi alios plures refert, Carles vasis de judicis, tom. 2. disputatione 1. ex num. 22. ubi de hypothecis que competit in houis contrahentis cum fisco. Cancerius variar. 3. part. cap. 1. ex num. 142. latè Caldas in l. si curatorem & leſis, ex num. 106. ubi de donatione Principis: iterum Barbola in Collestanæ, cap. 1. de probationibus, per rotum, ubi etiam num. 9. agit quando princeps possit revocare privilegia, seu concessiones, que transferunt in naturam contractus, & an successor teneatur stare contractui predecessoris. Mauzenzo in l. 7. tit. 7. glossa 7. num. 3. & 5. lib. 3. Recopil. & in 1. 6. tit. 10. & glossa 2. num. 10. & ibi num. 28. quando possit privilegium revocare, Noguerol allegat. 18. ex num. 8. 3. ubi quod contractus cum subdito est miraculosus: & allegat. 14. ex num. 3. ubi quod ex contractu Principis sine apprehensione transfert dominium, & allegat. 5. quasi per totum, ubi alia, Bonacina de contractibus, & restitutione, disputatione 3. punct. 5. num. 4. & Salgado in labyrintho 1. parte, cap. 3.

Ibi: *Sed puichrum, & subtile dubium, &c.*

Tam civiliter quam naturaliter obligati Principem ex contractu (ut docet Gomezius) probant Menchaca controversialium illuftrium, cap. 3. ubi id eleganter concludit: Sardus decisi. 1. n. 5. Molina de iustitia, tom. 2. disput. 26. 1. num. finali, Tschusch litera R. conclusione 335. ubi de Rege carcerato contrahente, Barbola in Collestanæ, dit. cap. 1. de probationibus, num. 6. quia Princeps in contrahendo intelligitur veluti ipso communis, ut ex Pichardio in §. actionum, Inſtit. de obligatoribus, queſt. 3. num. 6. & 7. docet eruditus D. Francisco de Amaya in l. 2. C. de ſectione rem quam vendidit, & lib. 10. num. 13. & 14. & in finali, C. de annosis & tributis, num. 2. & 3. quinimodo fieriū arctiusque cum obligari convenit qui mutua fidei vindix claret cum aliis tradit. Osualdus ad Donell. lib. 12. cap. 22. litera Z. & novissime Salgado in labyrintho, 1. parte, cap. 3. ex num. 8. ubi num. 17. cum aliis pluribus, & cum Barbosa in tractatu de clasulis, clasulis 3. ex num. 26. docet non posse Princepem revocare contractum initium cum subdito etiam de plenitudine potestatis, & D. Larrea allegat. Fiscale, 3. & 4. per totum, quem omnino videoes, quia optimè explicat obligationem Princepis in contractibus

is;

De Pers. quæ poss. contrah. vel non. Cap. I. 7

suis; & in allegat. 23. ex num. 3. & allegat. 31. ex num. 3. & allegat. 31. ex num. 18. ubi quod ex cauta publica potest contractus innovare: & allegat. 40. num. 34. & allegat. 119. num. 8. ubi quod nec de plenitudine potestis potest suum contractum revocare.

Et addo quod Princeps non potest sine justa causa tollere contractus, ut ex Mauzenzo in l. 7. tit. 7. glof. 7. num. 3. & 5. lib. 5. Recopilationis, & alius docet Gratianus in regul. 378. num. 7. & novissime Salgado in labyrintho part. 1. cap. 38. ex num. 16. omnino videndum.

3. Ad numerum 1. ibi: *Ut procedat, & habeat locum, &c.*

Quod filiusfamilias possit contrahere, ut hic

doct. noster Gomezius, comprobant Donellus commentator lib. 24. cap. 24. ubi Osualdus Cujacius lib. 21. observation. cap. 23. Petrus Faber lib. 1. Semiflrium, cap. 12. & 13. Pichardus in §. 12. num. 13. Inſtit. de obligationibus que ex delicto, & in §. 8. Inſtit. de iniurialibus stipulation. Cancerius variarum 2. part. cap. 1. num. 4. 37. 38. 69. & seqq. & 1. part. cap. 10. num. 19. eum vide ibi, & maximè dict. cap. 1. quasi per totum, ubi omnia refolvit: & num. 204. quid in foro conscientie: & cap. 6. part. 1. num. 38. ubi quod ei recte solvit. Bolanus in Curia, 2. part. §. pago, num. 5. & Scaccia de commerciis, §. 2. gloss. 5. num. 1. & alios refert. D. Francisco de Amaya lib. 2. observationum, cap. 17. num. 11. ubi num. 12. concludit, quod si cum filio recte facto sui juris contraherant aliqui, horum ratio habenda est, non antiquorum, atque ita separationem faciendam inter creditores Castrenses, & Paganos: de quo etiam Osualdus ad Donellum lib. 17. cap. 9. litera L. Caldas Pereira in l. si curatorem, §. leſis, num. 89. Gregor. de Pas in l. 7. tit. 2. part. 3. glof. 1. in praxi, 1. tom. 1. part. 2. tempore, num. 16. & seqq. Mendez de Castro in l. cum opere, Cod. de bonis qua liberis, 2. part. num. 133. & seqq. Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. part. cap. 5. ex num. 6. Covar. lib. 2. variarum cap. 1. num. 2. Suarez in l. post rem judicatam, in declaracione leg. Regni, vers. quarto an filiusfamilias, & ibi Valdehus: Salgado de protectione, 4. part. cap. 8. ex num. 1. 24. iterum ipse Salgado in labyrintho, 1. part. cap. 27. ex num. 84. ubi quod recte fit solutio filiosfamilias de eo quod debet ex contractu cum illo celebrato, & ibi latè de auctoritate patris, tam ad contractus filii, quam ad iudicia: Carleval. tom. 2. disput. 20. num. 6. Reginaldus in praxi, lib. 2. ex num. 15. Cevallos queſt. 1. 6. ubi an inter patrem & filium cada civilis obligatio: iterum Pichardus in §. si filiusfamilias, num. 11. Inſtit. de obligationibus que quasi ex malicio: Osualdus ad Donellum l. 1. 7. c. 2. litera I. & seqq. Vantius de nullitate ex inhabilitate seu defectu mandati, ex num. 39. Tschusch lit. F. conclus. 363. Monachus de reſuper remedio 15. num. 298. & seqq. Castillo de uſfructu, cap. 3. ex num. 11. Gregorius in l. 2. titul. 3. partita 3. Barbola in l. 2. §. quod si in patris, num. 19. & seq. ff. soluto matrimonio, & in l. 3. ibid. ex num. 3. Gratianus dis epat. tom. 4. cap. 799. per totum, qui omnes latissime agit de contractibus filiosfamilias, & quando in iudicio esse possit, de quo etiam inſtit. cap. 15. num. 11. Cancerius supra, num. 91. Bonacina de contractibus disput. 3. qu. 1. puntlo 5. num. 15. Thomas Sanchez in conflictis Moralibus, lib. 1. cap. 7. dab. 1. ubi de filiosfamilias emente ad creditum, Molina de iustitia, tom. 2. disput. 26. 1. ex num. 3.

Bačea de non meliorand. dotis ratione filiabus, cap. 12. num. 8. & 9. Farinacius in fragmentis, verb. Metus, num. 1. 8. & seq. ubi de contractu inter patrem & filium, utrum in eo metus revertentialis presumatur: Hermosilla in l. 2. titul. 5. part. 5. Salgado in labyrintho, 1. part. cap. 3. num. 10. ubi quod quando in contractu filii requiritur quod interveniat similis consensus patris, non sufficit si interveniat post mortem filii: & 2. p. ex. 9. num. 40. ubi quod si filiosfamilias reputabatur patrifamilias, valent ab eo gesta, quamvis ab alio quam à patrifamilias fieri non possint: vide etiam Narbon, de cruce, anno 2. 1. queſt. 10. ubi de conductore vestigialum filiosfamilias.

Ibi: *Sed pro perfecta declaratione querenda est ratio, &c.*

Improbis hic Saarez rationem differentia nostri Gomezii, cur filiosfamilias de jure communi poterat contrahere, non vero teſtaris; tamē laudat Osualdus ad Donel lib. 12. cap. 24. notatis litera A. vide etiam Spinum in ſpeculo, gloſa rubr. 4. part. & Cevallos queſt. 794. & Pichardus in principio, Inſtit. quibus non est permittum facere testamentum, ex num. 61.

Ad numerum 3. ibi: *Item etiam servus potest contrahere, &c.*

Servus obligari naturaliter contrahendo, non vero civiliter, ut docet noster Gomezius, probant Donel lib. 1. 2. commentator, cap. 22. ubi Osualdus litera A. in notariis plura cumulat Pichardus in §. 8. Inſtit. de iniurialibus stipulat. num. 19. & in rubr. Inſtit. de obligationibus num. 17. Barbola in l. si cum dorem, §. transgrediamur, ff. soluto matrimonio, num. 1. & pluribus sequentibus, Molina de iustitia, tom. 1. disput. 8. in fine, & tom. 2. disput. 26. num. 6. ubi de partis, qua hunc inter seruos, & Dominos super libertate, & manuſcriptione, quod valeant, Petrus Gregorius in Syntagma, lib. 2. 1. cap. 5. num. 10. Thomas Sanchez tom. 1. confit. cap. 1. lib. 1. dubio 2. & ibi, dub. 1. latè congerit calus in quibus seruos potest habere proprium, Gregorius in l. 5. titul. 12. partita 3. Diana resolution. Moral, tom. 7. trattatu 7. refolvit. 24. ubi postquam constituit Regulam Generale quod seruos ex contractu non obligatur civiliter, excipi nisi seruos promittit pecuniam pro libertate, ex leg. promulgata; C. an seruos pro ſuo ſaldo, &c. vel si fuit pactum inter seruum, & Dominum, ut cum manumitteret data pecunia, tunc enim pecunia soluta habet actionem contra Dominum ut cum manumitterat, ex text. in l. 1. 4. seruos, ff. de officio Prefecti urbis, Lxv, ff. de iudicis: & denique addit, quod seruos de jure naturali activam, & passivam obligacionem contrahere potest, & per totum tractatum plura de seruis cumulat, cum vide, & Scaccia de commerciis, §. 1. queſt. 1. num. 33. & queſt. 7. part. 1. ampliatione 19. num. 95. Reginaldus in praxi, lib. 2. ex num. 15. Cancerius variarum 2. part. cap. 6. num. 38. ubi quod seruo recte solvit ex contractu cum eo celebrato, Scaccia supra, §. 1. gloſa 5. num. 31. Tschusch lit. F. conclus. 363. Monachus de reſuper remedio 15. num. 298. & seqq. Castillo de uſfructu, cap. 3. ex num. 11. Gregorius in l. 2. titul. 3. partita 3. Barbola in l. 2. §. quod si in patris, num. 19. & seq. ff. soluto matrimonio, & in l. 3. ibid. ex num. 3. Gratianus dis epat. tom. 4. cap. 799. per totum, qui omnes latissime agit de contractibus filiosfamilias, & quando in iudicio esse possit, de quo etiam inſtit. cap. 15. num. 11. Cancerius supra, num. 91. Bonacina de contractibus disput. 3. qu. 1. puntlo 5. num. 15. Thomas Sanchez in conflictis Moralibus, lib. 1. cap. 7. dab. 1. ubi de filiosfamilias emente ad creditum, Molina de iustitia, tom. 2. disput. 26. 1. ex num. 3.

Item adde an Religiosus possit contrahere? in quo Hostiensis, Abbas, Felius, Jason, Cagnonus,

8 Ant. Gomezii Variæ Resol.

lus, Faber, & alij relati à Cevallos quæst. 446. num. 13. tenent, quod nec civiliter nec naturaliter obligari potest, quia nec habet velle, nec nolle, Antonius Cuchus lib. 3. *Institut. maj. tit. 3. num. 37.* ubi ait, hoc procedere, quamvis contractus jurejurando firmatus sit, Monaldus cons. 30. volum. 2. ex num. 1. qui num. 14. assertio non satis esse ut Praelatus non contradicat, ut obligatio ex contractu Monachi oriatur, sed opus esse ut contractum Monachi approbet, & Molina de *justitia*, tom. 1. disput. 140. sed probabilius est, etiam Monachum naturaliter obligari i u cum alii optime probat Thomas Sanchez in *Summa*, 3. part. lib. 7. cap. 31. num. 37. ubi & numeris sequentibus declarat & limitat, & num. 35. bene explicat effectus obligationis civilis & naturalis; & addit quod si lex contractui restituit nec naturalis obligatio oritur: cum videas, & Salgadum *suprà* ubi quod rectè solvitur Monacho, quod debetur ex contractu eo celebrato: vide etiam Scacciam de *commercis*, §. 1. quæst. 7. part. 3. limitat. 17. num. 23. & part. 2. ampliatione 19. num. 96. ubi an promittens Monacho incapaci acceptioonis, teneat promissione implere & 3. 2. gloss. 5. n. 52. & 35. Reginaldus in *praxi*, lib. 25. num. 195. Cancerium, 1. part. cap. 6. num. 38. ubi etiam quod rectè solvitur Monacho.

Advertendum tamen est, quod si contractus Religiosi tendat in utilitatem Monasterii, tunc validus, & non irritus erit, ita ut Monasterium possit illum ratam habere, vel reprobare, ut contingit in Ecclesiis, papilio, aut minor, ut ex Molina tomo 1. de *justitia*, disput. 140. & tomo 2. disp. 165. Alciato, Innocentio, Abbat, Silvestro, Navarro, & alii, concludit i tem Thomas Sanchez dist. cap. 31. num. 28. ubi per totum cap. latè, & optimè, prosequitur materiam, & quid dicendum sit de contractibus ante professionem juris: & in lib. 6. antecedenti jam dixerat in cap. 14. an Religiosi pro deposito possit conveniri, vel ut fidejussionis obligari: quod etiam latè exornat Barbosa in *Collect.* cap. 4. de fidejussionibus, & vide Noguerol allegat. 6. ex num. 25. ubi de contractu Monasterii.

Et generaliter quod contrahere prohibiti possint illud facere in sibi utilibus comprobare latè Stephanus Gratianus *disceptationum* lib. c. 27.

Item an Advocatus cum cliente, pendente lite, possit contrahere: videndi sunt O'waldus ad Donel. lib. 18. cap. 3. litera CC. & Doctores in l. quisquis, C. de postulando, ubi etiam de Medico cum intimi, de quo etiam cap. 14. infra num. 34. vers. denique de prohibitione: Gutierrez de *jura mentis* confirm. 57. Villadiego in *polistica*, cap. 5. §. 35. n. 27. Farinacius in *praxi*, tom. 3. quæst. 1065 Paz in *praxi* in annotatione de *Advocato*: Carrasco ad leg. Recopil. cap. 10. Scaccia de *commercis*, §. 1. quæst. 1. 57. & quæst. 7. part. 2. ampliatione 19. num. 24.

7 De judice etiam quod non licet ei emere in territorio sue jurisdictionis, vide Gregorium in l. 3. tit. 5. par. 5. & Reginicolas in l. 2. tit. 6. lib. 3. Recopil. & Doctores in l. unica, C. de contractibus *Judicium*, Fachingam lib. 2. *controvers.* cap. 78. & 79. & 88. & hæc prohibitio ad omnes contractus extendit, Avendaño in cap. 1. de *exequendis mandatis*, num. 12. Aviles item in c. 2. Prator, vers. *Mercaderia*, num. 1. & 6. Azevedus in dist. l. 2. num. 12. Matienzo in *Dialogo*, 3. part. cap. 27. num. 1. ita ut nec per viam negotiationis, vel mercantia, vel alio modo pos-

sint contrahere, nec emere, praterquam ad vicum necessaria, ut probatur ex text. in d. 5. part. 5. tit. 5. & circa hanc materiam contractuum *Judicum*, videndi sunt Menochius de *arbitriis*, casu 459. O'waldus ad *Donellum* lib. 12. cap. 25. litera D. *Caldas* in l. si curatorem, & sua facilitate, num. 4. & seq. Fachingus lib. 12. *controvers.* cap. 79. & 80. Soufa in *repetitione* ist. ff. de part. quæst. 1. num. 5. Barbosa in *Collect.* ad dictam l. unica, C. de *contradicibus Judicium*, Amaya in l. 1. C. ut nemini licet ab *empione*, &c. lib. 10. num. 53. Bobadilla in *politica*, lib. 2. cap. 12. latè, & omnium latissimè Hermofilia in d. 5. tit. 5. part. 5. quem omnino videoas, & Molina de *justitia*, tomo 2. disput. 345. & vide etiam Scacciam de *commercis*, §. 1. quæst. 7. part. 3. limitat. 17. num. 23. & part. 2. ampliatione 19. num. 96. ubi an promittens Monacho incapaci acceptioonis, teneat promissione implere & 3. 2. gloss. 5. n. 52. & 35. Reginaldus in *praxi*, lib. 25. num. 195. Cancerium, 1. part. cap. 6. num. 38. ubi etiam numero 4. ubi quod donatio numeratoris possit fieri *Judici*, Aviles cap. 1. verb. *Donatio*, numero 3.

De minorum etiam contractibus, videndi sunt *Caldas* in dist. leg. si curatorem, per totum: Antonius Sola in *commentariis ad novas decisiones Dascal.* titul. de alienatione minorum: Anchatan. Regiens. quæst. familiar. lib. 2. quæst. 6. ex num. 22. Farinacius, in *praxi*, tit. 2. quæst. 15. ex num. 9. Gutierrez in *anthropic. Sacramenta Puperum*, per tot. Cancerius *variarum* tom. 2. cap. 1. ex num. 263. Scaccia de *commercis*, §. 1. quæst. 7. part. 3. limitat. 17. ex num. 4. & quæst. 1. ibidem num. 508. & 510. & sequentibus, & part. 2. ampliatione 10. ex num. 68. a. quæst. 7. Antonius Faber lib. 8. corjet. cap. 5. Pichard. in §. 10. *Instit. de inserviibus stipulation*. ex num. 21. & per totum, ubi etiam de furioso, O'waldus ad *Donellum* lib. 12. cap. 22. Matienzo Junior in *repetitione* l. 1. ff. de minoribus, optimè Thomas Sanchez de *Matrimonio*, lib. 6. disputat. 38. Reginaldus in *praxi*, lib. 25. num. 144. & sequentibus. Hermofilia in l. 4. titul. 5. part. 5. ubi latissimè de alienatione bonorum minoris, & in l. 1. titul. 4. ubi de donatione facta per minorem, & in l. 3. tit. 1. eadem parita, ubi de mutuo facto minori, Mantica de *Tacitis convention*, lib. 14. tit. 14. ubi de minore, infante, servo, filiosfamilias, mutuo, & aliis impositis contrahere, Tuschus litera M. conclus. 247. & sequentibus, usque ad 264. Bonacina de *contradicibus*, *disputatione* 3. quæst. 1. part. 5. num. 5. Molina de *justitia*, tom. 2. disput. 261. num. 2. ubi etiam de prodigo, ebrio, dormiente, phreneticus, & alii, Lessius de *justitia*, lib. 2. cap. 17. dub. 8. per totum, Gutierrez in *trattatu de tueris*, secunda parte cap. 4. numero 23. Morla in *emporio*, titul. 9. numero 69. ubi de furioso iterum Reginaldus in *praxi*, libro 3. numero 160. Narbona de *estate*, anno 10. quæst. 11. numero 8. & anno 14. quæst. 8. & anno 25. quæst. 8. ubi de societate, & quæstione 54. & quæstionibus sequent., ubi de omni contractu per minorem celebrato latissimè disputat, cum omnino videoas, cum casus occurrit; & anno 7. quæst. 24. ubi quo estate minor possit existere in *judicio*, Thomas Sanchez iterum in *confusis Mialis* libro 1. cap. 7. dub. 1. ubi de minori emente ad creditum, a 1. interpretationem text. in l. 22. titul. 11. libra 5. *Recopilationis*, vide etiam infra, cap. decimo quarto, numero 2.

Item de contractibus mulieris conjugatae, viideas Anastasium German. de *immunitate Eccles.* cap. 7. §. 2. pag. mibi 71. in *parvis*, Stephanum

Gratianum

De Empione & Venditione, Cap. II. 9

Gratianum discept. tom. 1. cap. 961. & cap. 962. ubi de meretrice: Scacciam de *judicis*, lib. 2. c. 2. n. 502. & 504. ubi de muliere tutrice contrahente ut tali, & de *commercialiis*, §. 1. quæst. 7. part. 3. limitat. 17. ex num. 7. Menchaca usq. frument. cap. 10. & seq. & cap. 12. num. 16. Suares in l. post rem *judicatum*, in *declaratione* l. Regni, limitat. 6. ubi quod confessio facta in contractu nullo, scilicet fine licentia mariti valida est; & de quo Tiraquel. in l. 16. communib. glossa 3. ubi ex glossa 2. de *contradicibus conjugatae latissimè* ad futuritatem agit; Cancer. varia. 1. part. cap. 13. ex num. 98. Farinacius de *des.* 771. & 46. lib. 1. dec. & Gratian. discept. cap. 669. Matienzo in l. 1. tit. 3. lib. 5. Recopil. gloss. 1. num. 4. Fachingus lib. 5. *controvers.* cap. 60. ubi de donatione causa mortis, Gutierrez lib. 2. præst. quæst. 23. per totam, ubi cum alii probat, quod maritus post mortem uxoris non poterit ratificare contractum ab ea factum absque ipsius licentia (docent Carleval de *judicis*, tom. 2. tit. 3. dif. 23. num. 18. Salgado in *labyrinth.* p. c. 13. n. 9.) idem Carleval, dif. 19. tom. 1. Reginald. in *prax. lib. 25.* ex num. 158. iterum Suar. tit. de las deudas, latè, ubi etiam agit an de causas pias possit contrahere sine licentia mariti: ubi Valdef. & an in *paraphernalibus*? Barbosa in l. 1. part. 1. ff. *solutio matrim.* ex n. 28. & quod non valeat contractus licet jure se effe solutum, vel reputetur talis, docet ex Azevedo supra, idem Salgado in *laby.* part. 2. cap. 9. num. 110. Sanch. in *confil. moral.* lib. 1. c. 6. dub. 3. & an in contractu, vel donatione facta favor filii proprii: & alia, Alvar. de *conject. ment. defuncti*, lib. 2. cap. 1. ex n. 17. & an facto divorcio requiratur licentia viri: Gutierrez de *juram. confir.* 1. p. cap. 1. num. 54. Azeved. in d. 1. 2. tit. 3. lib. 5. recop. num. 8. & quid si contrahat cum marito: Averdan. in *diction. verb. Otorgamien-* to, & an mulier quando recipit mutuum juventur exceptione d. 1. vide Gratianum discept. tom. 5. cap. 876. num. 9. & 11. & an contractus factus ab uxore sine licentia viri, teneat soluto matrimonio? vide Matienzo in d. 1. 2. tit. 3. lib. 5. gloss. 1. num. 1. Barbosa in *leg. 1. ff. soluto matrimonio* 4. parte, num. 95. & alii Barbosa in *collect.* *anthent.* qui res. C. de *Sacramentis Eccles.* num. 9. & quod non requiratur predicta licentia, si non receperunt benedictiones nuptiales, Gutierrez de *juramento confirmat.* 1. part. cap. 1. num. 58. & 71. abi num. 42. agit quid in foro conscientie, de quo etiam Scaccia, *suprà*, quæst. 7. part. 2. ampliat. 19. num. 69. Cancerius *variarum* 3. part. cap. 1. num. 8. ubi de tacita licentia, & num. 15. ubi quod favore pia cause, Azeved. d. 1. 2. tit. 3. lib. 5. Recop. num. 3. & seq. apud quos, & omnes in leg. 5. Tauri, & in d. 1. 2. titul. 2. lib. 5. Recop. & in l. 3. ejusd. titul. materiali fulsisimè tractatam inveneris, & vide Baet. de *inope debit.* cap. 3. n. 18. ubi quod mulier se obligat sine marito pro eius redempzione.

10 Item adde quod prohibitus contrahere, non censetur prohibitus pignus acipere, Tiraquelus de *leg. commub.* glossa 3. post dictas leges, verbo, contrah. numero centesimo undecimo.

11 Item an deportatus possit contrahere? vide quod sic, Peregrinus de *jure fisci*, libr. 3. tit. 5. num. 10. & alios relatios à Farinacius in *praxi*, 3. part. quæst. 102. num. 163.

12 Item an damnatus ad mortem possit contrahere? vide nostrum Gomezium in *leg. 4. Tauri*, Ant. Gomez. *Varia Resol.* Tom. II.

num. fin. Matienzo in l. 3. titul. 4. lib. 5. Recopil. gloss. 9. n. 20. 1.

Item an persona inhabiles ad contrahendum, 14 obligentur in causa dotis: vide Barbosa in l. 1. ff. *solutio matrimoni*, 1. parte, num. 24. & sequentibus.

Item an excommunicatus possit contrahere? magna est controversia, ut videti potest per Vilalobos in *fuis communibus opinionibus*, verbo, Excommunicatus, num. 122. Ugo. in *tratt. de excommunicatus*, num. 122. Sayrum cod. tratt. l. 2. c. 9. n. 10. & 11. ubi probat peccare excommunicatum denuntiatur, vel notoriū percussum Clerici, si contrahat, contractum tamen valere, tam in favorem ipsius excommunicati, quam contrahentis cum eo; idem docet Suar. in cod. tratt. disp. 15. sect. 8. ex num. 7. ubi nam. 9. explicat, quod ex tripli capite potest esse nullus contractus excommunicati, cum vide.

Item cœcus quomodo contrahere possit, vide Burgos de Paz in l. 3. Tauri, num. 1323.

CAPUT II.

De emptione & venditione.

SUMMARIUM.

- Quid requiratur pro forma in isto contractu emptionis & venditionis.
- An inter patrem & filium possit contrahere venditione.
- An inter maritum & uxorem possit contrahere venditio.
- An possit quis vendere omnia bona sua, tam praesentia, quam futura.
- Hereditas universalis an possit vendi.
- An possit quis vendere actionem, quam contra alium habet.
- An res, que non sit in rerum natura, possit vendi.
- Res aliena an possit vendi.
- Si pretium non sit determinatum, an venditio valeat.
- Si intervenit pretium, & aliqua res ex parte emporii, an sit contractus emptionis & venditionis, vel sit contractus permutions.
- Factus rei vendita, an competant venditori, vel empori.
- Si quis simpliciter vendit rem, an videatur vendere totam rem, vel partem quam in ea habet.
- Si quis vendit domum vel fundum, an videatur vendere fundum sibi accessorium, & ei adhuc remaneat.
- Si quis vendit annullam, utrum videatur etiam venditus ejus pars.
- Si quis vendit equum, vel mulum, an videatur vendere sellam, & habendas.
- Si quis vendidit fundum admodum, vel mensuram, & non inveniatur posse tota modi, an venditor teneatur supplerre, vel pretium minuere.
- An requiratur scriptura in isto contractu, vel in qualibet alio.
- An requiratur arra in isto contractu, & quem operetur effectum.
- Contractus emptionis & venditionis, vel alii, qua pars ejus, an possit conferriri in voluntatem unius.
- Si quis vendit duabus unam rem, quis preferatur.